ISIDORUS HISPALENSIS
12. Jh. Seite 1r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ysidorus ethymologiarum. secunda pars.

Incipit Liber x. De quibusdam nominibus per alfabetum distinctus.

ORIGO Quorundam nominum. i. unde ueniant non pene omnibus patet. proinde quedam noscendi gratia huic operi interiecimus.

De quibusdam uocabulis nominum et denominationem.

LICET Origo nominum unde ueniat. a phylosophis eam teneat rationem ut per denominationem homo ab humanitate. sapiens a sapientia nominetur quia prius sapientia. deinde sapiens. tamen claret. alia specialis in origine. quorundam nominum causa. sicut homo ab humo. unde proprie est appellatus homo. ex quibus exempli gratia quedam in hoc opere posuimus.

Aeros. uir fortis et sapiens. Auctor ab augendo dictus. auctor autem femineo genere dici non potest. nam quedam sunt que in feminino flecti non possunt. ut cursor. Actor ab agendo. Alumnus ab alendo uocatus. licet qui alit et qui alitur alumnus dici potest. idem et qui nutrit. et qui nutritur. sed melius tamen qui nutrit.

Amicus per deriuationem quasi animi custos. Dictus autem proprie amator turpitudinis quia amore torquetur libidinis. Amicus ab hamo. i. a catena caritatis. unde et hami quod teneant.

Amator turpitudinis quia amore torquetur libidinis. Amabilis autem quod sit amore dignus. Amabilis autem quod sit amore dignus. Amasius eo quod sit pronus ad amorem. Astutus ab astu uocatus quod est callidi et cauti nominis. qui possit sine periculo fortiter aliquid facere. Argutus quia argumentum cito inuenit in loquendo. Acer in unam quamque formam uigetus ac nimius. a lacer a uelocitate et cursu quasi diceretur aliger. Armiger quod